Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift

90

flatu suffocare nititur. sed amouente ipse opprimitur.
De tra vero illa sanguine infecta. preciosus co
lor tollitur. Draco maximus serpentium est dy
abolus rex omnium malorum. Qui flatu vene
no caude verbere interimit. quia cogitatione. locutione.
opere. animas perimit. Cogitatione enim fiet flatu su
perbie. verbis infundit virus malicie. cauda con
stringit mali operis perpetratione. Per eum aer conta
minatur. quia spiritalium corda sepe per illum turbatur.
Casto animali insidiatur. quia Christum castitatis
auctorem. de casta virgine natum. usque ad mor
tem persequebatur. Sed eo moriente convictus mone
batur. Porro de tra preciosus rubeus color levatur.
quia ecclesia precioso sanguine Christi decoratur.
Dominus igitur super aspidem et basiliscum amb
ulavit. cum peccatum et mortem sua morte destru
ens. cuncta nocua suis fidelibus substravit.
Leonem et draconem conculcabit. cum antichristum
per electos superabit. et dyabolum cum omnibus
membris suis in extremo examine dampnabit. D
raco etiam et leo dyabolus appellatur. draco
quia per occultas temptationes insidiatur. leo quia per